4

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

DYSENTERIA.

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS,

DE

DYSENTERIA;

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GEORGII BAIRD, S. S. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ Praefecti;

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,

Et nobilissimae FACULTATIS MEDICÆ decreto,

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subjicit

SAMUEL MILLER, A. M.

EX INSULA BARBADOES,

Societ. Reg. Med. Edin. Soc. Extraord.

" *The page of Military History weeps less for the slain in battle, than for those*
" *who have fallen victims to this calamity.*—MOSELY *on* *Trop. Diseases.*

Ad diem 24. Junii, hora locoque solitis.

Edinburgi:

CUM PRIVILEGIO,

Apud ALEX. SMELLIE.

M,DCCC,II.

PATRI

OPTIMO INDULGENTISSIMOQUE

FRANCISCO MILLER,

ARMIGERO,

PRAEFECTUI TURMAE SATELLITUM

ET

UNI E CURATORIBUS PACIS,

IN INSULA BARBADENSI,

HANC DISPUTATIONEM

PIETATE ET OBSERVANTIA,

CONSECRAT,

SAMUEL MILLER.

Digitized by the Internet Archive
in 2020 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b31912175_0002

Memoriae
Avunculi Cariſſimi

SAMUELIS WALCOTT,

Armigeri,
Nuper defuncti,
Olim
In Inſula Barbadenſi,
Controverſorum, civium inter, ſe jurum
Integerrimi Judicis;
Civium
In Comitiis legum ferendarum
Legati,
Et
Domeſticae Militiae
Ducis Vicarii;
Viri,
Tum ob privatas, tum ob publicas
Virtutes
Eximii;
Ob Amorem patriae, morum ſuavitatem,
Sed praeſertim
Ob probitatem animi, ac Vitae
Integritatem
Omnibus cariſſimi;
Hoc perexiguum
Animi,
Ob accepta plurima beneficia,
Grati
Monumentum
Conſignat,

SAMUEL MILLER.

DENIQUE

AMICO DILECTISSIMO

CONSANGUINEOQUE

THOMAE MILLER,

ARMIGERO,

OLIM

JUDICI APUD BARBADENSES INCORRUPTISSIMO,

LITERIS MORUMQUE ELEGANTIA

ORNATO,

HOC

PARVULUM SED SINCERUM AMICITIAE

PIGNUS

OFFERT,

SAMUEL MILLER.

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

DYSENTERIA.



CUM almae hujus Academiae leges unumquemque honores medicinae aſſequi volentem de quadam re medica diſſerere juſſerint, pauca de Dyſenteria, at breviſſimè quam potero, eſt in animo diſceptare. Hujus morbi electionem ſatis certè excuſant occaſio ejus frequens, ſtrageſque dira quam quotannis in illa terrarum regione facit, ubi artem medicam poſthac exercere ſpero.

DE-

DEFINITIO.

CHARACTERES hujus morbi quos CULLEN noſter celeb: in Noſologia ſua tradidit, longé optimam definitionem quam adhuc vidimus praebent. Eo judice, Dyſenteria eſt 'Pyrexia contagioſa, 'dejectiones frequentes, mucoſae, vel ſangui-'nolentae, retentis plerumque faecibus alvinis; 'tormina; teneſmus*.'

HIS-

* Vide Cullen's Synopſis Noſolog: Vol. II.

HISTORIA MORBI.

Dysenteria plerumque vigere ſolet, exeunte aeſtate et incunte autumno, (praeſertim ſi tempeſtas fervida et pluvioſa anteiverit;) etiamque his anni temporibus quibus febres intermittentes ac remittentes ſaepiùs obtinent.

Praecipuè per claſſes, exercitus, urbes obſeſſas, et locos, ubi homines plurimi confertim congredi coacti ſunt, graſſatur.

Multo frequentior occurrit in calidis quam in frigidis regionibus, et in prioribus frequenter epidemice valet.

Hicce

Hicce morbus nec ſexui, nec aetati parcit, ſed tam faeminas quam mares, tam infantes et pueros, quam adultos et ſenes infeſtat, adeo ut nec teneri lactantes, in ipſis adhuc incunabulis, ab illius tyrannide immunes ſint.

Omnem ſymptomatum varietatem quâ dyſenteria ſtipata eſt, hîc recenſere ineptum eſſet; ſufficiet ea quae huic morbo propria ſunt enumerare.

Forma ſub quâ adoritur morbus varia eſt. Saepiſſimè incipit cum languore, laſſitudine, quos cito excipiunt, rigores, calor auctus, ſitis urgens, capitis, dorſi et lumborum dolores, nauſea et vomitus materiae bilioſae vel flaveſcentis, faſtidium cibi, amarus in ore ſapor; pulſus ſolito frequentior eſt; paulo poſt cum flatu et torminibus praecipuè circa umbilicum aeger vexatur.

Pyrexiae ſigna aliquando adeò ſunt levia ut ipſius aegroti obſervationem evadant; hinc certi auctores, nec parvi nominis, ſcilicet SYDENHAM et CULLEN ſigna affectionis topicae primò omnium ſeſe oſtendere aſſerunt. Quanquam ſigna ſupra memorata plerumque dyſenteriam praenunciant, tamen interdum inchoat, ſine ullis pyrexiae ſignis. In aliis alvus ſolito adſtrictior nos morbi venientis admonet, in aliis autem diarrhoea lenis ejus eſt praecurſor *.

Status febrilis in quibuſdam exemplis morbum per totum ejus curriculum, praeſertim ſi funeſtus evaſurus ſit, comitari ſolet; ſed in aliis, penitus fere evaneſcit, dum ſymptomata dyſenteriae propria diu poſt perſtant †. Praeter ſigna ſupra memorata, aeger frequenti et inani deſidendi cupiditate vexatur, dum eodem tempore nihil fere dejicitur.

* Vid. Cullen's Pract. of Phyſic, Vol. III. p. 121.

† Vid. Cullen oper. ſup. citat. Vol. III. p. 122.

citur. Faeces per alvum ejectae, quantitate, colore, et spiſſitate, diverſae ſunt, in diverſis morbi ſtadiis. Initio, copioſae et ſtercoraceae ſunt; ſed in ſpatio unius vel duarum dierum, parvae, aquoſae, ſpumoſae vel mucoſae fiunt, cum torminibus vehementibus et teneſmo comitatae; nonnunquam loturae carnis haud abſimiles ſunt.

Dejectiones plerumque ſanguine miſcentur vel ſtriantur, hinc morbus Anglice *Bloody Flux* vocatur: profuſio ſanguinis aliquando adeo eſt copioſa ut aegrum e medio tollat *. Per totum morbi decurſum, dejectiones alvinae, faetore peculiari diſtinguuntur, verbis non facile exprimendo: in ſtadio provecto cadaveroſae et intolerandae ſunt; et in nonnullis exemplis omnino e pure conſtare videntur. Frequentiſſimè moleculae adipem caſeumve referentes, et membranulae tunicae villoſae inteſtinorum abraſae haud abſimiles, dejiciuntur. Membranulae aliquando duos

* Vid. Moſely on Tropical Diſeaſes, p. 228.

duos tresve pedes longae, intestino parvo simillimae sunt *. Clariss. MONRO ait se vidisse dysentericos, qui plures libras talis materiae dejecerunt †.

Vermes aliquando per anum descendunt, qui plerumque lumbrici sunt, at interdum ascarides, testante ZIMMERMAN ‡, hi potius adventitia, quam propria dysenteriae signa sunt.

Dum dejectiones ex hisce variis materiis constant, in multis exemplis frequentes sunt, rarò faeces naturales excernuntur, nisi in forma globorum induratorum, vel quae in lingua medicorum *Scybala* vocantur: haec quando dejecta sunt, signa omnia, praesertim tormina et tenesmus leviora redduntur §.

Hoc

* Vid. Christie on Dysentery, apud Medical and Physical Journal, Vol. I.

† Praelect. Anatom. Profess. Monro, annis 1799 & 1800.

‡ Vid. Zimmerman on Dysentery, Anglicé vers. a Hopson, p. 174

§ Vid. Cullen's Pract. of Physic, Vol. III. p. 173.

Hoc morbo laborantes, quindecies vel vicies quotidie desident, sed aliquando multo saepius. ZIMMERMAN inquit se vidisse, et dysentericos curasse qui spatio duodecem horarum, a centies quinquagies ad ducenties desidere solebant.

Pyrexia quâ morbus stipatur, multum variat: aliàs inflammatoria, aliàs remittens tertiana est; sed saepius typhi formam induit. Pulsûs status varius observatur; initio nonnunquam, pulsus quoad celeritatem, parúm distat a naturali; in aliis frequens, fortis et durus; morbo ingravescente, parvus, debilis et abnormis est.

Magnae varietates in statu urinae videntur. Haec secretio aliàs nigra, lividave est; aliàs tenuis et pura, et in nonnullis exemplis per plures dies in totum supprimitur *: aliquando de difficultate urinam reddendi, vel de perfecta stranguria, ab initio

* Vid. Degner de Dysent. bilios. contag p. 18.

initio vel secunda tertiave die post accessum morbi, aeger conqueritur *.

Si morbum in progressu ars medica nec tollat nec minuat, signa omnia jam memorata, graviora fiunt, et cum aliis haud parvi periculi indicantibus stipantur. Nunc enim, petechiae, et vibices in variis partibus corporis apparent; fauces saepè cum aphthis teguntur, quae potestatem deglutiendi difficilem reddunt: cupiditas alvum deponendi penitus fere constans est, et nisus vehementes contenta recti ejicere, prolapsum ani inducunt; tormina saevissima sunt; abdomen intumescit; aeger de sensu ponderis circa praecordia conqueritur, pulsus debilis et intermittens micat; facies collapsa pallidaque: oculi in orbitas recedunt, dolor et sitis subito cessant, dejectiones factoris putridi et intolerandi, aegro nesciente, elabunt, frigescunt extremitates, lingua arida, nigra vel fusca

* Vid. Christie apud Med. et Phys. Journal, vol. 1. p. 349.

eſt, gelidi et viſcidi ſudores erumpunt, corpus totum odorem cadaveroſum exhalat, delirium, ſingultus et ſubſultus tendinum accedunt, et mors tandem aegri miſeriis finem imponit. Duratio et terminatio morbi incertae ſunt. Quando pyrexia valdè inflammatoria, vel ſi ſigna febris noſocomiorum et carcerum ſeſe oſtendant, terminatio infauſta paucis in diebus aliquando accidit; ſed quando levis eſt, vel in toto evaneſcit, morbus ſaepe per plures hebdomadas vel etiam menſes protrahitur, et nihilominus infauſtè aliquando deſinit.

In quibuſdam exemplis, morbus spontè decedit, tormina et teneſmus paulatim imminuuntur, et dejectiones formam naturalem recuperant: in aliis in diarrhoea vel in lienteria; in aliis in febre hectica, hydropeve deſinit *.

In regionibus calidis, ait BLANE, hicce morbus

* Vid. Culleni op. ſupra citat. Vol. III, p. 124.
—— Hoffman's Practice of Medicine, Vol. II. p. 177.

bus nonnunquam in ſtadio acuto, paucis in diebus exitum lethalem habet; ſed plerumque ad formam chronicam protrahitur, nec per plures hebdomadas infauſtè evadit *.

Quando morbus ſpeciem chronicam induit, aeger torminibus ventris, teneſmo et alvi fluxu excruciatur, quibus autem ſymptomatibus brevia intercedunt quietis intervalla, rarò tamen diei unius vel duarum ſpatium ſuperantia. Morbo in longum protracto, vires debilitantur, aegrotus marceſcit, febris hectica oboritur, et haud rarò in hoc ſecundo pluribus aegrotis perire contingit, quam in primo dyſenteriae ſtadio †.

Haec ſpecies aliquando per multos menſes etiamve annos perſtat.

IN-

---

* Blane on the Diſeaſes of Seamen, p. 451. edit. 3.

† Vid. Hunter's Diſeaſes of Jamaica, p. 228.

INSPECTIO CADAVERUM.

MULTIS è cadaveribus hoc morbo extinctorum incisis, quae sequuntur in conspectum proferuntur.

Intestina crassa, Colon et Rectum, prae caeteris, sedes esse morbi apparent. Haec ulcerata et constricta, eorumque tunicae praeter naturam densae, et omnes diversos gradus inflammationis, suppurationis et gangraenae exhibentes reperiuntur. Tubercula numerosa haud absimilia pustulis variolosis, nec ex hisce differentia, nisi quod dura erant et intus solida, internam intestinorum superficiem obsidentia, aliquando visa sunt: haec tubercula

cavum

cavum coli coarctantia in multis exemplis a CLEGHORN et aliis detecta fuere *.

Tunica villosa Coli et Recti aliquando abrasa, vel in substantiam corruptam mucosam, coloris subviridis, conversa, inventa est †. Pars inferior intestinorum tenuium quoque in statu inflammato, nonnunquam observata est, et eorum convolutiones praeter naturam inter sese membranis, eodem modo quo Pulmones, Pleurae connectuntur ‡. Vix ullā ex visceribus abdominalibus, effectus hujusce mali evadunt. Lien, omentum, pancreas et renes nonnunquam afficiuntur. Glandulae mesentericae, tumefactae, obstructae, relaxatae et cum pure repletae, et fere gangraenosae,

* Vid. Pringle's Diseases of the Army, p. 246.
—— Hunter's Diseases of Jamaica, p. 229.
—— Cleghorn's Diseases of Minorca, p. 246.
† —— Pringle op. supra citat.
‡ —— Cleghorn op. supra citat. p. 247.

ſae, viſae ſunt *. In regionibus temperatioribus, hepar et veſica fellea prae caeteris viſceribus ſaepiſſimè effectus morbi evadere videntur; ſed nec haec, praeſertim in terrarum plagis calidis, ſemper incolumes ſunt. Jecur modò amplius quam quod naturale eſt, modò ſcirrhoſum vel omnino putridum conſpectum eſt. Bilis in veſica fellea admodum varia eſt et colore et ſpiſſitudine: aliás nigra putridaque, aliás craſſior vel tenacior exploratur.

CAUSAE REMOTAE.

Hae in Prediſponentes et Excitantes dividuntur.

Causae Predisponentes—Ad hoc genus referuntur omnia, quae ſyſtematis debilitatem inducunt;

* Vid. Zimmerman op. ſupra citat. p. 35.
—— Lempriere Diſeaſes of the Army in Jamaica, Vol. II. p. 207.

ducunt; talia ſunt defatigatio ingens animi et corporis; ebrioſitas frequens; nimia venus; maeſtitia caeterique animi affectus deprimentes; evacuationes frequentes et copioſae; pervigilium; diaeta tenuis et parca; immundities; calor praeſertim humore corpori admotus; corpus morbis praegreſſis debilitatum.

Homines qui hoc morbo ſemel vexati fuerunt, haud ſecurè ab altero aggreſſu dormiunt; ſed magis promptè facilèque corripiuntur. 'It has been 'obſerved,' inquit GREGORY, 'that ſoldiers 'affected with this diſeaſe are not fit for the re- 'maining part of the campaign, for the inteſ- 'tines are left in ſuch an irritable ſtate, that, on 'expoſure to cold, the diſeaſe is very apt to 'recur*.'

CAUSAE

* Praelect. de Medicin. Pract. annis 1800 et 1801.

Causae Excitantes—*Secretio bilis morbida* ob frequentiam morbi in eo anni tempore, et in regionibus in quibus ſecretio fellis abundatior obſervatur, auctores nonnulli, morbum ad eum tribuerunt *. ‘ It is certain,’ ait Cullen, ‘ that ‘ dyſentery occurs, in the ſame circumſtances and ‘ ſeaſons, which conſiderably affect the ſtate of ‘ the bile in the human body; but as the cho‘ lera is often without any dyſenteric ſymptoms, ‘ and copious diſcharges of bile have been found ‘ to relieve the ſymptoms of dyſentery, it is diffi‘ cult to determine what connection the diſeaſe ‘ has with the ſtate of the bile †.’ Haec opinio minus veriſimilis videtur ſi ad ſtatum hepatis et inteſtinorum tenuium ſpectemus: haec viſcera ut ſupra diximus prae caeteris plerumque in ſtatu ſano inveniuntur. Bilis quoque nunc omnino deeſt: nunc quoád quantitatem et qualitatem variat;

riat;

* Vid. Zimmerman on Dyſentery.

† — Cullen's Practice of Phyſic, Vol. III. p. 125.

riat; interdum nullum utique vitium reperiri poteſt *. Hae objectiones praecipuè ad dyſenteriam harum regionum reſpiciunt; enim ex nuper obſervatis a medicis intra metas ſolſticiales, et in Indiis Orientalibus artem ſalutiferam exercentibus, hic morbus in regionibus modò memoratis, vel remotè vel magnâ ex parte in cujuſdam affectionem hepatis ejuſve ſecretionis pendere exiſtimatur.

Miaſma Paludum.—A PRINGLE et aliis cauſa morbi excitans habetur. Hicce auctor obſervat, 'In the end of ſummer or beginning of autumn, 'when any number of men are expoſed to night 'damps or fogs, or lie upon wet and marſhy 'ground, eſpecially after a hot day, part of them 'will be ſeized with a fever of the remitting or 'intermitting kind, and part of them with dyſen-'tery †.' Haec opinio quanquam primo intuitu

C verisimilis

* Vid. Zimmerman on Dyſentery, p. 214.
—— Pringle op. ſupra citat. p. 258.
† —— Pringle op. ſupr. citat. p. 253.

verisimilis videatur, tamen non desunt argumenta, satisque ut mihi videntur valida, ad probandum dysenteriam ex hâc causà minime oriri. Morbus enim non semper videtur in regionibus ubi febres remittentes et intermittentes vigere solent. In comitatu Lincolniensi, ubi hae febres valdè frequentes sunt, mihi perquirenti, accepi dysenteriam rarum esse morbum; praeterea, morbus haud raró grassatur in locis in quibus hae febres nunquam visae sunt, et aliquandò occurrit in navibus qui diu a terrâ abfuissent.

Usus fructuum immodicus—Sunt qui credunt esse causam morbi; sed nos certiores faciunt multi auctores recentiores *, fructus hujus morbi curationi magnopere adjuvisse. Medicus eximius BAKER ait, 'Quincunque fructus aut aestivos 'aut autumnales immodicè assumpserant, vel nulla 'dysenteria

* Tissot, Avis au Peuple.
Zimmerman on Dysentery.
Pringle, Diseases of the Army.
Degner De Dysenteria Biliosà Contagiosâ.

'dyſenteria tentabantur, vel ſi tentarentur leviſ-'ſimè aegrotabant *.'

Contagio.—Quaeſtio inter medicos orta fuit, et adhuc ſub judice lis eſt, an morbus ſemper ab hâc causâ originem ducit. Ita opinio fuit CULLEN; Haec verba ſunt. 'The dyſentery does often ma-'nifeſtly ariſe from the application of cold, but the 'diſeaſe is always contagious; and, by the pro-'pagation of ſuch contagion, independent of cold, 'or other exciting cauſes, it becomes epidemic in 'camps and other places. It is, therefore, to be 'doubted if the application of cold does ever pro-'duce the diſeaſe, unleſs where the ſpecific con-'tagion has been previouſly received into the 'body: And, upon the whole, it is probable, 'that a ſpecific contagion is to be conſidered as '*always* the remote cauſe of this diſeaſe †.'

Plures autem, et profectò auctores haud parvi nominis, aliter ſentiunt; et hanc probabiliorem mihi

* Vid. Sir George Baker, De Dyſenteria Londin.

† —— Practice of Phyſic, Vol. III. p. 126.

mihi videri fateor. Multa enim exempla hujus morbi auctoribus vidisse contigit; nulla tamen ubi data erat suspicio contagionem in causa fuisse. Morbus a WARDROPE frigore et madore absque ulla contagione, apud Americam, castris in Brittannicis oriri compertus erat. GREGORY noster idem opinatur cum WARDROPE; nos certiores facit se vidisse morbum ex causis modò memoratis originem trahere. Testimonia tot auctorum mihi videntur sententiam Dris. CULLEN refellere.

Frigus humore conjunctum——A quibusdam, nec immeritò causa excitans morbi existimatur. Tempestas anni, et loci in quibus morbus maximè, valet, mihi apparent hanc opinionem magnoperè confirmare.

Omnes fere auctores qui de dysenteria tractârunt, mentionem faciunt eum saepissime occurrere in temporibus pluviosis, et locis humidis. Homines prae caeteris qui hisce causis maximè ex-

positi

positi sunt, *e. g.* milites et navigatores, quoque in regionibus calidis Incolae nigri potius quam albi *, dysenteriâ saepissimè affliguntur. In multis etiamque exemplis, ex observationibus auctorum, morbus hisce ex causis solò oriri videtur.

Inutilis forsitan non erit labor si hoc loco quaedam ex auctoribus colligam ad opinionem confirmandam eorum qui a *frigore* cum *humore* conjuncto morbum originem trahere credunt.

'I have always found,' inquit Dr HILLARY, 'from the best observations that I could make on 'the variations of air and weather, in this island, 'that if the months of May, June, July, and 'August were very hot and dry, and the following months of September, October, and November were accompanied with much rain, so 'that

* Vid. Lempriere's Diseases of Jamaica, Vol. II.
—— Hillary's Observations on the Air of Barbadoes.

'that the air was rendered cool, moift, and 'damp; and if the intermediate days between 'the rainy days were very hot, I always found 'that dyfenteries were very frequent and epide-'mical, and generally were more or lefs malignant, 'as the above mentioned changes of the weather 'were greater or lefs, more fudden or more 'gradual, and fhorter, or of longer duration.' ——'As we have dyfenteries conftantly return-'ing every year in the Weft-India Iflands, with 'thofe rains at that time of the year which are 'always epidemical, though not always equally 'malignant, no more than the feafons are always 'equally alike; may we not juftly conclude, 'that the dyfentery is moft commonly thus pro-'duced from thefe caufes, efpecially as thefe 'caufes are fufficient to produce it * ?'

Illuftr.

* Vid. Hillary op. fupr. citat. p. 203 and 205.

Illuſtr. PRINGLE obſervat, in anno 1743, quanquam tempeſtas diu calida fuit, tamen nullus erat morbus, donec milites poſt praelium Dettingen per totam noctem in Campo Martio pluviae expoſiti erant, tunc autem dyſenteria ſtatim apparuit *.

'It has frequently happened,' ait MOSELY, 'that 'hundreds of men in a camp have been ſeized 'with the dyſentery, almoſt at the ſame time, 'after a ſhower of rain; or from lying one night 'in the wet and cold †.'

Scriptor recens ‡, de cauſis morbi haec verba habet. 'It has been generally alleged and admitted, that dyſentery ariſes from the action of 'a

* Vid Diſeaſes of the Army, illuſtr. Pringle, p. 79.

† —— Moſely on Tropical Diſeaſes, p. 267.

‡ —— Chriſtie on Dyſentery, apud Med. and Phyſical Journal, Vol. I. p. 351.

'a ſpecific contagion; of the conſtant preſence 'of which, however, I have long had my doubts, 'and eſpecially in thoſe caſes which were under 'my care at Bombay. In all, I could trace the 'diſeaſe to have ariſen either after intemperance, 'great fatigue, expoſure to, or ſleeping in cold 'wet night air, eſpecially when in a ſtate of in-'toxication: Whether any of theſe cauſes, ſe-'parately or combined, can ever alone produce 'the diſeaſe, or whether they act merely as de-'bilitating cauſes, thereby favouring the action 'of the contagion, I cannot take it upon me to 'determine; although, for the reaſons already 'mentioned, from its ſeldom attacking the tem-'perate and well clothed, and eſpecially from 'never having ſeen the diſeaſe, under common 'circumſtances, diſtinctly communicated from 'one perſon to another, I believe the former is 'in moſt inſtances more probable. At Bom-'bay, the bodies of many were in a putreſcent 'ſtate; the foeculent matter of all had an unuſual-

'ly offensive smell, and yet the disease never shew-'ed any signs of a contagious nature.'——Observationes Dris. HUNTER * et Dris. WILLAN † morbum haud semper contagiosum esse, demonstrant.

D CAUSA

* Vid. Hunter on the Diseases of the Army, p. 223.

† —— Willan's Reports on the Diseases of London, p. 293.

CAUSA PROXIMA.

Apud fcriptores medicos variae fententiae obtinent. Alii enim contendunt dyfenteriam originem ducere, ab acrimoniâ vel in inteftinis extrinfecus immiffa, vel forfitan, in quibufdam exemplis intus generata. Ad hanc opinionem non poffumus affentire; quia acria inteftinis applicata, non folum dejectiones frequentes, fed etiam copiofas producunt. Sed in dyfenteria dejectiones quanquam frequentes, tamen funt parva in quantitate, et a parte recti inferiori folum venire videntur.*

Duae

* Vid. Cullen Op. fup. citat. Vol. III. p. 128.

Duae aliae ſunt opiniones de hac cauſà, quae noſtram attentionem vindicant. Scil. opinio celeber. CULLEN, qui cauſam proximam aut ſaltem praecipuam dyſenteriae ejus partem in conſtrictione *inteſtini coli* conſiſtere credit; hac enim conſtrictione faeces naturales in cellulis coli retinentur, et eorum irritatione tormina ventris, teneſmus et dejectiones frequentes mucoſaeque producuntur.* Haec opinio inquit clariſs. GREGORY ad omnium ſignorum rationem reddendam haud ſufficit. Teneſmum torminaque ſatis explicat, pyrexiam autem minimè†. Huic ſententiae quoque objicitur, conſtrictionem coli in cadaveribus dyſentericorum non ſemper adeſſe.

MONRO

---

* Vid. Cullen, Op. ſup. citat. Vol. III. p. 129.

† Praelect. Academ. De Med. Pract. Jacobo Gregory, M. D. annis 1800 et 1801.

Monro anatomicorum facilè princeps inquit; 'In 'many of the dissections which I have seen of 'dysenteric patients, I could not observe any 'constriction; it therefore appears not to be es'sential to the production of the disease, and 'seems rather to be the effect than the cause of 'it *.'' Contra hanc opinionem urgetur colica Pictonum; hic enim morbus quamvis coli constrictionem causam ejus proximam certissimè agnoscit, cum signis valdè diversis ab iis in dysenteria observatis, stipatur; et remedia scil. antispasmodica quae in illa juvant, in hoc, initio maximè laedunt.

Alii nempe Monro et Gregory aliam et quidem magis probabilem opinionem de causâ morbi habent.

In

* Praelect. Academ. de Anatomia, Alexandro Monro, M. D. annis 1799 et 1800.

In peculiari inflammatione tunicae inteſtinorum villoſae, proximam morbi cauſam conſiſtere credunt. A fautoribus hujuſce ſententiae affirmatur, diſſectiones dyſentericorum inteſtina inflammata eſſe ſemper demonſtrare, ſed non ſemper conſtricta; conſtrictionem, quando adeſt, effectum eſſe inflammationis; poſtremo, ſigna morbi omnia, methodumque medendi hac opinione clarius meliuſque exponi.

RATIO

RATIO SYMPTOMATUM.

Tormina.—Ab inflammatione tunicae inteſtinorum villoſae potiſſimum oriri videntur ; quam ob rem, inteſtina adeo ſenſibilia redduntur, ut ſtimuli ſtercoris humorumque impatientia fiunt, et in motus abnormes cientur.

Teneſmus et Stranguria—Ille ab inflammationê et irritationê recti, hic ab inflammationê a recto ad collum veſicae urinariae extenſa oritur.

Procidentia Ani.—Ex vehementibus et continuis alvum deponendi conatibus originem ducit.

Sanguis.—Qui dejectionibus commiſcetur vel rupturâ, vel eroſionê, vel dilatatione vaſorum tenuium oriri poteſt.

Dejectiones mucoſae frequentes.—Omnibus notum eſt, ſuperficiem ſecernentem inflammatam, proprii ejus fluidi ſecretionem augeri, eoque magis ſi ulla irritationis cauſa adſit; et cum in hoc morbo, tunica interna inteſtinorum in illo ſtatu (nempè inflammationis) eſt, et ferè perpetuò ſcybalis et humoribus acridis irritata eſt, hujus ſigni cauſae facilè intelliguntur.

Membranulae Dyſentericis excretae.—Auctoribus diverſis diverſae opiniones placuerunt. Alii enim abraſiones tunicae villoſae putant. Illuſtr. MORGAGNI pro muco inteſtinorum inſpiſſato habuit*. Meo autem animo magis valet ſententia

* Vid. Morgagni De Sedib. et Cauſis Morb. Epiſt. XXXI.

tia clar. MONRO. Ille enim has membranulas ad cruſtam illam inflammatoriam in viſcerum inflammatorum ſuperficiebus aliquandò repertam comparat; et ſpecialiter ad cruſtam eam notiſſimam in Cynanche Tracheali Tracheam inveſtientem quae e lympha ſanguinis coagulabili naſci videtur.

Scybala—A faecibus naturalibus in cellulis coli retentis, partibus tenuioribus ſimul abſorptis, originem habent.

DIA-

DIAGNOSIS.

Diarrhoea et Cholera ſoli ſunt morbi cum quibus periculum eſt ne dyſenteria confundatur.

Dyſenteria a diarrhoea facile dignoſcitur, quia Pyrexia primaria rarò hanc, ſed fere ſemper illam comitatur. Tormina et teneſmus multo ſaeviora ſunt in dyſenterià quam in diarrhoea, in quo morbo etiam faeces naturales plerumque dejiciuntur, ſed in dyſenteria in plurimis exemplis, ſaepe per nonnullos dies, retinentur, tandemque excretae formam globorum induratorum habent. Faetor excrementorum dyſentericorum adeo peculiaris eſt, tamque diverſus

a faetore faecum naturalium ut hoc ipſo ſigno periti facilè hunc morbum diſtinguunt.

Humoris bilioſi vomitus, ejuſdem ſimul dejectio frequens; ſpaſmata ſurarum; pyrexia primariâ deficientê, ſatis Choleram a dyſenteria diſtinguunt.

PROG-

PROGNOSIS.

Hic morbus conaminibus naturae ſolis immiſſus, ſaepiſſimè infauſtè finitur; remediis tamen plerumque, tempeſtivé adhibitis, brevi paret.

'Primo neglectus,' inquit ſcriptor elegans, 'aſperior occurrebat: etenim corpus, extenuatum atque confectum, ut morbo ferendo impar erat, ita ipſi impar curationi. Itaque optimum erat occurrere ipſis principiis, atque auxilia maturè praeripere. In hoc enim corporis affectu aliquod certè in medicinâ opus eſt, haud multum in naturae beneficiis *.'

Si

* Vid. Sir G. Baker de Dyſenteria Londin.

Si dejectiones, quanquam frequentes, non multo dolore comitantur; tormina et tenesmus non vehementes; nausea et vomitus non molestae; si febris levis est; morbus recens, et vires aegri haud multum fractae, tunc exitum felicem sperare licet. Sin autem omnia haec longè aliter eveniant; si insuper morbus cum febre carcerum et nosocomiorum stipatus sit *. Si faeces per anum ejectae valdè faetidae sint; pulsus depressus, intermittens vel abnormis; si signa intestinorum gangraenam indicantia adsint, veluti singultus, extremorum artuum frigus, vultus pallidus, sudores gelidi, doloris et sitis subita cessatio, faeces et urina, aegro nesciente, elabentes, tunc mortem in propinquo esse dubitare haud potest.

Petechiae,

---

* "But the most fatal sort of fever," inquit Pringle, "which so often attends the Dysentery of the army, "though not essential to it, is the hospital or jail distemper.——"This fever, when combined with the bloody "flux, is commonly mortal *."

† Diseases of the army, p. 227.

Petechiae, vibices, delirium, urinae reddendi difficultas, vel suppressio, clysteres per anum immissi et statim rejecti, vel si rectum adeò arctè constringitur, ut nihil intus recipiat, signa valdè infausta sunt *. Faeces ad naturalem conditionem redeuntes, lingua nitida, cibi appetentia et somnus, faustum eventum denunciant. In dysenteria chronica prognosis semper est infausta. Auctores ferè omnes nos certiores faciunt hanc speciem, felicem vix obtinere exitum.

METHODUS

* Vide Hoffman's Pract. Med. Vol. II. p. 177.

METHODUS MEDENDI.

Confilia medendi tria funt.

Primo, Inflammationem tollere, et caufas irritationis ab inteftinis fubmovere.

Secundo, Symptomata quae potiffimum urgent, levare.

Tertio, Tonum inteftinorum et vires aegroti réftituere.

CONSILIUM PRIMUM.

Sanguinis detractio—Quando febris typum Synochae induit, pulſu duro, pleno et forti, et aegri vires non multum debilitatae, haud ſine fructu adhibeatur: ſed cum in multis dyſenteriae exemplis, frequenter Typhus ab initio morbum comitatur, hoc remedium ſaepè anceps eſt, et nunquam ſine cautelà uſurpari debet. Repetitione vix unquam opus eſt.

Cathartica.—Nunc inter omnes convenit, remedia utiliſſima eſſe in curatione morbi. Olim acriora ſcil. Rheum, Jalapa et Murias Hydrargyri Dulcis maximè in uſu erant; ſed nunc mitiora, praeſertim *Sales Neutrae* dictae, ſcil. Sulphates Sodae et Magneſiae, Phoſphas Sodae, Tartrites Potaſſae et Sodae, iis anteponenda ſunt. Oleum Ricini a HUNTER et aliis laudatum eſt.

Medicus

Medicus eximius GULIEL. WRIGHT qui per plures annos in India Occidentali artem medicam summo laude exercuit, ait se feliciſſimè dediſſe medicamentum sequentem.

'Take of lime or lemon juice three ounces; of 'marine salt, as much as the acid will diſſolve; 'of loaf sugar, a sufficient quantity to sweeten it. 'The dose of this mixture to be proportioned to 'the age and sex of the patient, and to the vio-'lence of the disease.'

'This combination,' inquit ille, 'acts like a 'charm. The frequency of the stools, the 'gripes, and the tenesmus, soon wore off; the 'stools soon became natural in conſiſtence and 'quantity; the spirits, strength, and appetite re-'turned, and the patient was restored to health 'in a few days *.'

Emetica.—

* Vid. Medical Commentaries, clar. Profeſſ. Duncan, ann. 1786.

Emetica.—Ad ſtatum tam ventriculi quam febris amoliendum, initio morbi, non ſine fructu adhibentur. Remedia ad vomitum ciendum praecipuè exhibenda, ſunt, Pulvis Rad. Ipecacoanha et Antimonium Tartariſatum: haec maximè utilia ſunt, quando contenta et inteſtinorum et ventriculi expellunt; hinc in doſibus parvulis exhiberi debent.

Sudorifica.—Ob vim quâ pollent, humorum curſum, ſuperficiem verſus dirigendi ideóque fluxum ſanguinis in partibus internis minuendi, remedia bene apta tollere inflammationem inteſtinorum videntur; ſed ob cupiditatem ferè perpetuam alvum deponendi, ſine incommodo etiamque periculo maximo vix uſurpari poſſunt.

CONSILIUM SECUNDUM.

Tormina, Tenesmus et Stranguria sunt symptomata quae aegrum maximè vexant.

Opiata.—Remedia praestantissima sine dubio apparent, ad tormina et tenesmum sublevanda; sed de eorum usu medici magis inter sese discrepant, quam de ullis aliis remediis, quae in curatione hujus morbi usurpantur. Nunc ferè inter omnes convenit, optimum esse catharticum exhibere, et post operationem ejus, sumat aeger haustum anodynum cum guttis viginti quinque v l triginta tincturae opii.

Fomenta abdominis et *enemata mucilaginosa*—sed praesertim ex amylo cum tincturae opii guttis quinquaginta vel sexaginta; multum levaminis ejusdem signis praebent.

Epispastica.

Epispastica.—Circa umbilicum applicata ad eundem finem haud parum conferre reperiuntur.

Demulcentia et *Liquores mucilaginosi*.—Intestina contra actionem acrimoniae defendunt, et multum auxilii afferunt.

Fomenta circa pubem et perinaeum, ad *stranguriam* removendam, maximè adjuvant.—Urinae retentioni obviam ire debemus per catheterem, vesicaeque regionem fovendo.

Absorbentia.—Scil. magnesia vel julepum e cretâ, si aeger cardialgiâ et aciditatê vexatur, adhibeantur.

CON.

CONSILIUM TERTIUM.

Huic consilio optimè respondent Tonica et Astringentia, qualia sunt Cortex Cinchonae, ex ferro praeparata, Vinum Rubrum, Madeirenseve; Extractum Catechu, Cortex Semiroubae, et Granati; Infusum Haematoxyli Campechiani; Tinctura vel Gum é Kino; Mistura Cretacea, Infusum Quassiae Amarae; ex hisce variis remediis conditioni cujusvis aegroti medicus consulere potest, aptissimaque eligere.

In regionibus tropicis medici ob causas jam memoratas *Hydrargyro* in hoc morbo saepissimè utuntur. Eorum multi nobis suadent hoc medicamentum nihil profuturum esse, nisi vel internè vel

vel externè exhibeatur donec Ptyalifmus fuper-venerit: Aliis autem auxilium ab eo fine faliva-tione derivari vifum eft.

Ne debilitas quâ dyfenteria in regionibus fer-vidis ftipatur, augeatur; fumma cum cautelâ hoc remedium adminiftrare nos oportet; ideo-que primò parvulis in dofibus fcilicet, unius grani vel duorum Muriatis Hydrargyri dulcis, om-ni nocte, et poftea auctis paulatim dofibus, donec fignorum remiffio, vel fluxus falivae leniter auctus appareat, exhiberi debet. Si alvus nimis foluta redditur, opium cum Muriate Hydrargyri dulci conjungi debet.

Si morbus cum aliqua hepatis affectione con-fenfum habeat, affricetur unguenti Hydrargyri femi drachma hypochrondrio dextro, femel vel bis in die, pro vi fignorum et aegri viribus.

Dr.

Dr. Clark inquit, sese olim quando in hoc morbo remedia communia inutilia essent, hydrargyrum cum maximo beneficio dedisse, seque non dubitare hoc remedium viribus gaudere inflammationis, ulcerationisque intestinorum removendi, quae in hoc morbo mortis causae praecipuae sunt *. Observatu dignum est, hoc medicamentum utilissimum esse in dysenteria vetusta, quae in plurimis exemplis huic remedio solo cedit.

Nuperrime mihi contigit videre libellum † quo plurima enarrantur exempla morbi hujus in India orientali, tractati a Dom. Dean, et ad exitum felicem perducti, ope *Acidi Nitrici* diluti, ad drachmas sex in die adhibiti : Sed tamen pauci sunt quo-

rum

* Vide Clark on the Diseases which prevail in long voyages, edit. 2. Vol. II. p. 342.

† Communications respecting the external and internal use of Nitrous Acid, &c. by Thomas Beddoes, M. D.

rum ventriculi tam magnam possunt perferre quantitatem; mea opinione, drachma una ad drachmas duas cum aquae libra diluta, in plurimis casibus sufficiet. De successu novi hujusce remedii dixit auctor; ' On examining my ward books, it ' appears, that, in about three months time, I have ' employed the nitric acid in 86 cases of dysen- ' tery, of which the following is the result.

' Cured when the acid alone was used -	60
' Cured by acid, after a long trial of mercury	16
' Cured by mercury after a long trial of acid	3
' Cured when both mercury and acid were em- ' ployed	7
	86'

Diaeta.—Alimenta tenuissima et concoctu facillima, scil. farinacea et mucilaginosa, qualia sunt Decocta hordei et avenae. oryza, salop, sago, amylum, vel gum arabicum, lacte praeparata, diligenda sunt.

in

In nullo forſitan quám in hoc morbo neceſſarior eſt mundities. Omnia igitur e corpore excreta quam primum ſunt removenda. Lintea et ſtragula frequenter mutanda ſunt.

Nullum in morbum facilius recidunt aegroti aut cum majori periculo. Ita enim inteſtina paulatim debilitantur, et vires totius ſyſtematis adeò ſunt exhauſtae, ut nullis poſtea cibis, medicamentiſve nullis refici aut redintegrari poſſint. Igitur ad reverſionem prohibendam, frigori expoſitio et cibus haud facilis concoctu quam maxime vitari debent.

Induſium laneum, veſtimentum calidum, et diaetam ex alimentis facilis concoctionis, ſimpliciſſima quanquam remedia, in hoc morbo quam maxime prodeſſe, omnibus notum eſt.

Nonnunquam in ſtadio morbi chronico, medicamenta, diaetaque nihil valent, nec ſine caeli mutatione curationem confici poteſt.

Quando

Quando aegroti vires aliquâ ex parte restitutae sunt, aeris mutatio, frigidarium et exercitatio lenis, equitatio nempè vel gestatio in curru, cum diaeta modicè nutriente haud parum ad curationem perficiendam adjuvant.

F I N I S.

E D I N B U R G I:
CUM PRIVILEGIO,
Apud ALEX. SMELLIE.